Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8277
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

perditam reduxisti qui publica
ptibus et confessione placatus es
tu etiam dne hunc famulo tuo
placatus esse digneris tu hui
ptibus benignus aspira ut in
confessione placabilis p mane-
at fletus eius et petio ppetua
clemenciam tuam celerit et
sanctisq altaribus restitutus
spei rursum eterne ac celesti gl-
orie mancipetur Qz vivis ac.
Deinde cantet psalmum liij. oro
Deus in nomine tuo salvum. *oro*
Domine sancte pater omnipotens
eterne deus qui p filium xpm
filium tuum dnm nrm vulnera
mea curare dignatus es te su-
pplicater rogamus et petimus
ut ptibus meis aure tue pie-
tatis inclinare digneris etiam
remittis omnia crimina et pcta
vniuersa condonas dedq hunc
famulo tuo dne p supplicans ve-
niam pro merore leticiam pro
morte vitam ut de tua miser-
dia confidens pervenire me-
reatur ad vitam eternam p.
Iterum cantet psalmum 102
Benedic anima mea. *oro*
Omnipotens deus criminum
absolutor et indultor pecca-
minum qui aplis tuis aplorumq
successoribus dixisti sine michi
potestis facere Et si duo ex vob
consenserint super terram de
omni re quacumq pecierint
fiet eis a patre meo qui etiam
specialiter beato petro aplorum
principi ligandi et solvendi
pontificium tradidisti Et postea
generaliter in omnibq discipu-
lis insufflasti et dixisti Acci-
pite spm sctm quorum remiseritis
peccata remittunt eis Tu dne v
meo ministerio tua insere cleme-
tia et in nobis peccatoribq quod
tuum est operare ut quod mea
merita nō exigunt tue virtutis
impleatur effectu Supplices posti
tuam clemenciam ut famulo tuo
N. omnibus cordis et corporis gemi-
tibus suorum relaxacione peccatorum
postulanti ppicius auditor et
clemens indultor existas Assit
ei dne rex celi tua misericordia in
tribulacione constituto sicut af-
fuit latroni confitenti et mere-
trici gerenti cui dissa sūt pcta
multa quoniam dilexit multum
Ne reminiscaris dne deus malorum
suorum factorum sed recordare qd
pollicitus es Nolo morte pec-
catoris sed ut convertatur et vi-
vat Tu enim solus potens es
nō solum pcta dimittere verum
etiam ipos peccatores iustificare
Qui solus cum patre vivis et
regnas deus p omnia s. s. Amen
*Hys itaq finitis iubeat sacer-
dos penitentem surgere et cū
omni indulgencia indicet absti-
nenciam sive observacione ppen-
dens subtiliter persone quali-
tatem valetudinem corporis
vel imbecillitatem modum cul-
pe intencionem animi dein-
de ad monendus est ut in
cena dni redeat ad conciliacōz
Si vero inter est causa cū timo-
ris aut cuiuslibet occupacōis
aut ita forte ebes est ut ei hoc
sacerdos studere nequeat in-
iungat ei tamen quadrages-
malem qua annualem peni-
tenciam et reconciliet eum
statim Sequit aliud ꝛc*

91